

PRÆFATIQ

dei maximè conveniret, verbique lance præponderaret,
Lectori, sine verborum obscuritate, & studio partium,
Theologica i. e. justa accuratione pariter atqve brevitate,
sine ullo tamen rei dispendio, exhiberem, eorumque
adeò studiis hoc pacto inservirem, qvibus neque tempora-
ris, neque etiam librorum copia est, prolixius tradita
perlegendi, atqve inqvirendi. *Qvod enim Nominibus*
atqve Honori nonnullorum parserim, qvi unam alteram-
ve sententiarum, qvam virgula censoria notavimus, fo-
verunt, eo ipso curiositati *Lectoris* parum me detraxisse,
insimulqve in Ecclesiæ commoda minus peccâsse censeo,
qvàm si Viros, qvi partim eidem studia præstiterunt in-
signiter, partim etiam inter ejus pomœria adhuc hodie
non absqve laude militant, cum offendiculo & non sine
motâ ipsis bile nominare studuisse; *In multis enim, in-*
qvit Jacobus, offendimus omnes, siqvis autem ne in uno qvidem
offendit verbo, hic perfectus vir esto. Tanta enim mortalium
in hâc vitâ est imbecillitas, ut vel *Sancto Moysi quædam exci-*
derint, labiisqve suis qvicqvam pronunciarit, cuius eum
pœnitere omnino oportebat Pf. CVI, 33. *Qvo loco sacer-*
Pates in fontibus vocula בְּטָא usus fuit, qvæ inconsidera-
tam atqve temerariam oris apertione denotat, qvo sensu
sapientissimus Salomo eà utitur Prov. XII, 18. בְּזַתָּה
בְּכִרְקָרָת חֶרֶב Existit qvispiam effutiens inutilia, qvibus ad
instar gladii confudit, at lingua Sapientum est medicina. Un-
de perspectum est, occurri qvidem debere ejusmodi
ictibus, qvibus vel ab Amicis incautum, vel ab hostibus pro-
tervum vulnus infligitur, et si forte manum ignores,
qvæ gladium strinxerat. Scopus enim impræsentiarum
unicus mihi est, medicinam veritatis adbibere, simpliciique
stylo dicere, hoc *verum*, istud *falsum esse* concentus sacræ
Scri-